

LE JUBILE

Prolongé de deux mois pour le Canada

No 736.

Ottawæ, die 30 Junii 1901.

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Cum nonnulli Episcopi mihi exposuerunt difficile esse intra tempus statutum præscripta opera adimplere ad Jubilici indulgentiam lucroram, ad S. Sedem recursum feci, et per medium S. Pænitentiariæ, sequentem facultatem recepi pro Venerabilibus Archiepiscopis et Episcopis ditionis Canadensis, quam tibi summo cum gaudio comunico :

Sacra Pænitentiaria, attentis peculiaribus expositis circumstantiis, de speciali et expressa Apostolica Auctoritate, sic annuente SSmo Dno Nro Papa Leone XIII. Venerabilibus in Christo Patribus Archiepiscopis et Episcopis ditionis Canadensis benigne indulget ut Ipsi pro Parœciis Suarum Diœcesium respectivarum, in quibus de Sacrorum Ministrorum penuriam, vel ob aliam qualemcumque causam difficile sit fidelibus intra tempus statutum præscripta opera, ut par est, adimplere, ad Jubilæi Indulgentiam lucroram possint ac valeant pro suo prudenti arbitrio alios duos menses statuere ad Jubilæum acquirendum utiles, quandocumque, intra tamen currentem annum. Datum Romæ ex S. Pænitentiaria die 11 Junii 1901.

Gratis.

A. CARCANI, S. T. Regens.

R. CELLI, S. T. Substus.